

Apóstoli. Epistol. Benedictio Dómini super caput justi, **de Vigilia unius Apóstoli.** pag. i.

XXV. JULII.

In festo sancti Jacóbi Apóstoli.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

1. Corinth. 4. b

FRatres, Puto, quòd Deus nos Apóstolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus,

& laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutiōnem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsēma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

XXVI. JULII.

In festo S. Annæ Matris B. Mariæ Virg. Epistol. Mulierem fortem, de commūn. nec Virg. nec Martyr, pag. xxi.

XXVII. JULII.

Sancti Pantaleonis Mart.

Epist.

Epist. Charissime, Memor esto Dóminum Jesum, **de commūni unius Martyris non Pontificis,** pag. iv.

XXVIII. JULII.

In festo SS. Nazarii, Celsi, & Victoris Mart. ac Innocentii Papæ & Conf. Epist. Réddidit Deus, de com. plur. Mart. pag. ix.

XXIX. JULII.

In festo sanctæ Marthæ Virgin. Epist. Fratres, Qui gloriatur, de comm. Virg. pag. xix.

XXX. JULII.

SS. Abdon, & Sennen. Martyrum, Epist. Fratres, Exhibeamus nosmetipsos, de commūn. plurim. Mart. pag. xi.

XXXI. JULII.

In festo sancti Ignatii Confessoris.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Timotheum.

Charissime, Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideò omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cœlesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiōnes, passiōes: quæ mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii,

2. Timoth. 2. b.

Cap. 3. c.

&